



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 22. Urbanus piorum coetu movet Neapolis Regem &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

nobili in Aprutio familia Cardinalis Dia-  
 conus de S. Adriano. En sex Cardina-  
 les jussu Urbani VI vinculis mandatos!

Sæcul. XIV.  
 A. C. 1385.

Sub idem tempus statuerat Cardina-  
 les creare novos: ac 7. Jan. sermonem  
 in senatu habens illos, quos secum de-  
 creverat, nominabat & inter alios qui-  
 dem, tres Archiepiscopos Moguntiaë, Tre-  
 virorum, & Coloniaë, Arnaldum Leodii,  
 Wenceslaum Vratislaviaë Episcopos, at-  
 que Petrum Rosenbergium Sacerdotem,  
 Nobilem Bohemum. At hi sex post lon-  
 gam deliberationem id honoris recusa-  
 runt: etsi Papa quinque Præsulibus con-  
 cesserat ultro, ut suam quisque Ecclesiam  
 in rebus sacris profanisque, administran-  
 dam per omnem vitam servarent.

§. XXII.

*Urbanus piorum cætu movet Neapo-  
 lis Regem &c.*

Die Dominica 15. Jan. Papa Curiaë suæ  
 Clero toto, ac Nuceriaë, pagorum-  
 que vicinorum incolis in arcem congre-  
 gatis occludi portas, nequis exiret, jus-  
 sit. Tum conscensa e turri altissima cœ-  
 pit verba facere ad populum magno in  
 frigore sedentem humi. Dicebat diutif-  
 sime, ac illud inter alia, Cardinales ca-  
 ptivos conspirasse in suam vitam, idque

*Valsing.  
 p. 313.*

se

Sæcul. XIV.  
A. C. 1385.

se cognovisse divinitus. Clientem suum Cardinalem Reatinum, sed pridem dejectum gradu, & diris devotum hæc mala omnia invexisse. Exponebat etiam beneficia Carolo Regi, & Cardinalibus istis a se collata, quos e tenebris in lucem vocasset. Post sermonem stipatus Cardinalibus reliquis erigi crucem, & accendi cereos jussit, sacroque fulmine perculit Regem Carolum, Reginam Margaritam ejus conjugem, antipapam Clementem, ac hujus Cardinales, Abbatem Montis Cassini, olim Cardinalem Reatinum, sex Cardinales addictos carceri, eorumque fautores universos: Neapolim interdicto affecit: & has censuras cum pronunciaret, ipse & assistentes extinguebant cereos, jaciebantque in populum.

P. 314.

Nuceria tota & circumjecta regio magno strepere tumultu: excurrere prædones, & quos consequi poterant, spoliare. Eodem die 15. Jan. post occasum solis quemdam Anglum scribæ regii procuratorem necando Anglis omnibus Curiam sequentibus terrorem incussere tantum, ut collectis vasis propinquum Castellum Maritimum peterent sexcentis plures: at in via sunt expilati. Rex Carolus die Jovis 26 Jan. Neapolim reversus, cum Papam sequente sabbato in se ac Reginam iterasse anathema comperisset, efferbuit stomacho; & post quatriduum, scilicet die

Mer-

Mercurii 1 Febr. duce Montis Cassini  
Præsule Cancellario suo copias Nuceriam  
versus misit: quæ circumjacentes vasta-  
re pagos, & Urbani sectatores, quotquot  
poterant, comprehendere cœperunt.

Sæcul. XIV.  
A. C. 1385.

Th. Niem.  
c. 54.

Proximo die Veneris urbem oppugna-  
bant; ac die lunæ 6 Febr. captam incen-  
debant: tum arcem, cui Papa se incluse-  
rat, obsidione cinxerunt, quæ septem  
mensibus durabat. Convocatum interim  
Neapolis Clerum rogavit, an interdicti  
ratio habenda esset? Post longam deli-  
berationem Clerus respondit, interdictum  
non esse legitimum, ac ideo negligendum.  
Ergo Rex Clerum sacris operari jussit  
proposita, si non pareret, pœna carceris,  
ac sectionis bonorum omnium. Pauci se  
submovebant: multi, præsertim ex Re-  
ligiosis Regi quam Papæ malebant mo-  
rem gerere. Multi etiam e numero Præ-  
sulum de studio erga Papam suspecti tor-  
quebantur: quidam mergebantur in pe-  
lagus: plurimi diu in carceribus hære-  
bant.

Rayn. n. 3.  
ex Gobel.

Th. Niem.  
c. 49.

### §. XXIII.

#### *De Cardinalibus habetur quæstio.*

Paulo post captos Cardinales Papa Theo-  
doricum Niemium accersit: & ut pri-  
mum is advenerat, ille claudendas arcis  
portas curavit: quæ res Niemium vehe-  
menter